IVDICIA, ET VOTA,

D. FRANCISCI TVNTVLI

V. I. D. CELEBERRIMI,

A GALATIA, QVE NOVISSIME PRO MAIORI PARTE IN FORO AQVILANO, PRODITA SVNT.

CVM INDICE ET SVMMARIIS LOCVPLETISSIMIS.

num. 42.
caso 9.
num. 28
25

AQVILAE APVD IOSEPHVM CACHIVM.

F. Tuntulus D. ſuo oppido quam obſeruando, D. Antonio Patigno Reg. R. Canc. S. P. P.

ACCEPTI beneficii gratias referre memoremq. eſſe, cum publice proſit, admodumq́. laudabile exemplum ducimus. Cum Gratiarum, Relatio Meritiq. Memoria animaduertentium *Animos conciliant*; Tum uero Illum ipſũ qui Beneficio affecit ad idem efficiendum, propenſiorem, apertioremq. reddunt; Mihi autem cum referendi altera pars denegetur, altera uero minime, Memoriæ Nota quæ ſic cordi inuſta eſt, ut nec proſpera Fortuna, nec aduerſa, nec proſpero tempore, nec aduerſo, nec multis uariiſq. Negociis, *litibuſq.* uariis, nec odioſis Rabularum uocibus, Strepitibuſq. inde deleri abradiq. poſſit. Quare Vir

FRANC. TVNTVLO. V.I.D. ILLVSTRI.

Docta Mineruа tumet, qui ter uocitatus opimum
 Aſſyrium Regem liberat igne truci,
Cui nimium Natura dedit, Stagira ſuperbit,
 Lycurgo gaudet regia Sparta ſuo,
Parthenope innumeris gaudetq́; tumetq. peritis
 Legum ſed cunctos Tuntulus iſte premit,
Nanq́; docet facienda, ſimul fugienda ſub alto
 Iudicio, exiſtens lucidus, atq́; breuis;
Ergo Iudicia, & Iuſtiſſima Vota ꝑ optans
 Hunc uerſare manu nocte, dieq́; uirum:

Salue quē Iouis ales amat, ueneratur, adorat.
 Salue Virtuti, Iuſtitiæq́; fauens,
Salue huius populi Iudex, tutela, ſaluſq́;,
 Salue Votorum; Iudiciq́; dator
Ne grauiter patiare precor me reddere certu
 Si tibi noſtra placet ruſtica muſa, Vale.

Vmillimus Seruulus Rentius Leoni

IN VIAM TUAM DOMINE DIRIGE GRESSUS MEOS. AMEN.

INTHEMATE prepoſitæ queſtionis principaliter diſcutiēdum, uenit, An Cur. Mag. D. Cap. Ciuit. Aquilæ, poſſit. ſēten tiā ſui predeceſſoris, nullā declarare ex capitibus nullitatū oppoſitarū & iniuſtitiæ, pro ut J: II. An dato quod poſſit, debeat ex inditiis exiſtentibus ex informatiōe ac cōfeſſione in tortura facta per magiſtrū Ber. lōbardū inquiſitum, ipſā reuocare, nulliuſq. roboris declarare, cū qui dem decr.
1 ſiue ſētentia Inualida & nulla nullum faciat Ius per ea quæ dic. Par. de put: per clariſs. Iura, in uer. ſētentia c. x. incip: an a ſent. n. II.

quia obiectū nullitatis defenſio dicitur ut ibi: Alleg. Io: and. in c. 1. in fi. de reſcrip: in VI. Taliter quod d. ber. cōdēdatus per ſex annos ad remigandū In preſētiarum. J. legitima tempora de nullitate dicendo. corā D. Iudice ſucceſſore releuari poſſit pro ut petit. Et
II quidē quā uis Iudex cōdēdando uel abſoluendo, aut quidquā ſtatuendo uel declarādo ſentētiam protulerit, in cōtinēti habita huiusmodi ſent. eius poteſtas expirat, nullaq. in eo ē, quādo quidē eius offitium ceſſet. propterea nec ſētentiā ab eo uel eius predeceſſore dictā (cum ſit idē iudex &
III eadē perſona) debeatq. ex actis corā primo Iudice actitatis & factis iudicare, ut

gm. dicatur quòd quicunquè portauerit arma prohibita in ipſa Reg. pragm. cõſenta: inter quæ connumeratur cultrum unius palmi de câna pũniat pẽa mille aureorum cum relegatione: ſi erit nobilis: & ſi erit ignobilis pena triremium; quod
4 non propterea † alii cultri; ſiue cultelli ĩ. palmum ſint permiſſi: maximè quando ſunt feritorii: & apti ad nocendum: nec perdictam nouellam prag. derogatum fuit alleg. conſtit. intention in his, qui ſunt infra palmum; cum pluries uiderim in pluribus locis hõies cum cultellis ſatis infra palmum interfectos: & præciſe Manfredoniæ, ubi duo inuicem rixantes: & tales infra palmum cultellos habentes; ſe inuicem percuſſerunt: & ãbo mortui ſine confeſſione extiterunt: taliter quod pena conſtit. regni intacta ad huc remaet in his: qui ſunt infra palmum feritoria: & apti ad nocendum.

¶ Et quia Magnificus & Eccell. Franciſcus Galleccus, Aquilæ Gubernator uir prudens & ſapiens id ſcire deſiderauit in caſu occurrenti propterea hæc pauca, ſcripſi.

Explicit prima Iudiciorum Votorumq. pars. D. Franciſci, Tuntuli, I. V. D. Celeberrimi.

AQVILAE, APVD IOSEPHVM CACCHIVM.

CVM LICENTIA.

ANNO DOMINI. M. D. LXVII.